

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPELIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





SPIRITVS sanctificationis, qui de cælo descendens, vt in terris habitaret, Ecclesiam suam septem Sacramentorum gratiâ consecrauit, vt eamdem repletet, qui repleuit & Virginem, ac in eâ permaneret in æternum. Hæc est summa charitatis diffusio, quâ fidelibus suis, nouo quodam acque ineffabili modo affuit; non iam solum per gratiam visitationis & operationis: verumetiam per ipsam presentiam maiestatis; atque in vasa non iam solum odor balsami, sed ipsa substantia sacri defluxit vnguenti? admirandum sanè diuinæ sapientiæ artificium; quod vt se fragili hominum naturæ accommodaret, res externâ specie caducas atque labentes, firmum æterni sui edificij fundamentum effecit. Per hæc diuinissima Symbola, omnis vera Iustitia incipit, augetur, reparatur; numero pauciora sunt veteribus, virtute longè sanctiora ac diuiniora, actu faciliora, vilitate præstantiora. Hic tria Tabernacula circumspici possunt, quorum primum fuit Synagoga, secundum est Ecclesia, tertium cælum; primum in vmbra fuit & figurâ, secundum in figurâ est & veritate, tertium in veritate solâ; in primo ostenditur vita, in secundo datur, in tertio possidetur; non enim Sacramenta Ecclesiæ sicut Sacramenta Synagogæ medicinam docent & ostendunt: sed ipsa potius sunt medicina & remissio peccatorum, quam nobis meruit Saluator noster Christus, cuius potestas excellentiâ instituentis nulli vnquam creaturæ communicata est, nec communicari potuit.

NATURA Sacramenti satis perspicua sit, dum describitur, inuisibilis gratiæ signum sensibile ad nostram sanctificationem diuinitus institutum. Nullum fuit actu ante peccatum Adami; futura tamen aliqua potiusquam non futura, si diu in illo innocentie statu perseuerasset probabilissimum videtur: Legi naturæ non deerant: multa etiam suppetebant Moisaicæ; sed quæ solummodo producendæ in adultis gratiæ opere operantis, nec non etiam per modum necessariæ conditionis in paruulis virtutem acceperunt, quomodo & in ipsamet circumfusione talis virtus conferebatur, quæ erat fidei duntaxat Symbolum, obseruantia rigida, populi onus; licet Dei munus. Veteris legis Sacramenta iustitiam equidem legalem, & adumbrabant, & reuera efficiebant: ac sanctificantem interius non producebant; nostris autem inest vis sanctitatis, tum significandæ, tum moraliter saltem efficiendæ ex opere operato. Si diuersæ sint speciei, gratiam conferunt inæqualem; si eiusdem, æqualem, vel inæqualem, pro recipientis dispositione. Constant rebus tanquam materiâ, & verbis tanquam formâ, determinatis ex diuinâ institutione, non per modum promissionis, nec concionis, multominus incantationis: sed consecrationis. Ea irrita facit alterutritus mutatio substantialis, illicita accidentalis.

HABENT Sacra Myteria solum hominem pro subiecto; eundem solum pro Ministro, qui si absque fide, vel charitate, vel iustitiâ hæc tremenda tractauerit, improbitate suâ veritatem Sacramenti non aufferet, sed Spiritui gratiæ contumeliam afferens sibi mortem ministabit. Non erit ille bonorum Christi dispensator, nec Sacra Myteria conficiet, qui aliquam non habuerit intentionem id agendi, quod Christus instituit, aut saltem quod facere solet Ecclesia: hic actualis optima est: ac non necessariâ requiritur; inualida prorsus habitualis; virtualis saltem requiritur, ac sufficit. Porro intentionem jocus non semper tollit: vnde Sacramenti vim non elusit, dum lusus puer Arhanasius. Duplex est Sacramentorum effectus, gratia scilicet, & character: illa communis est omnibus, hic peculiaris quibusdam, quæ iterari ideo vetat Ecclesia: illa non est habitus à gratia sanctificante realiter distinctus; aut modus superadditus, sed speciale quoddam auxilium actualis gratiæ ordinatum ad proprium vniuscuiusque Sacramenti finem: hic qualitas est spiritualis indelebilis animæ diuinitus infusa, quâ homo redditur aptus ad Sacramenta suscipienda, aut administranda, vel alia diuini cultus opera, manens in Beatis ad ornatum; in damnatis ad opprobrium.

SUPERVENIENS Spiritus Sanctus de cælis, & aquis inest sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificatæ vim regenerandi concipiunt, vt cum Spiritu sancto replente fontem, hominem mortuum vnda perducatur ad vitam & salutem; sic sanans, quos parentalis labe infecerat, vt nec actualis, nec originalis macula, aliqua sui post abluionem vestigia derelinquat: itaque quicumque credit Christo Saluatore, capita draconum in aquis contribulant; credat Sacrosancti Baptismatis aquâ lustratus à sordibus & iniquatione omni mundificari, atque aded in fonte mortem mori, reum absolui, & reatum aboleri. Baptismus Ioannis Baptismum Christi prænuñciabat, & Iudeis scientiam salutis demonstrabat, vulnera ostendebat, reuocabat à peccatis: ac non saluabat credentes; neque enim adoptionem Filiorum Domini, neque remissionem delictorum vi suâ & efficaciam conferebat; sed duntaxat cælestibus præministrabat, pœnitentiæ scilicet præco præpositus, & sic viam præparabat, sed non perficiebat: agebatur igitur Baptismus pœnitentiæ quasi candidatus remissionis & sanctificationis in Christo subsequatur; quare qui Baptismo Ioannis baptizati fuerant, Baptismo Christi insuper baptizari debebant. Vtrum autem aliquâ verborum formâ Ioannes vsus fuerit Baptizando, variè opinantur Theologi: pars negans, vt verissimilior sustineri debet.

BAPTISMATIS Sacramentum, principium est omnium illustrationum, quibus Spiritus Sanctus Ecclesiam suam construxit, quapropter præclaris & propemodum infinitis titulis insignitur; Baptisma dicitur, quia peccati diluuium; illuminatio, quia splendor & claritas; vnctio, quia sacrum & regium; indumentum, quia ignominie nostræ velamen est; lauacrum, quia abluit; sigillum, quia conseruatio est ac dominatio: his significatio, cum per illud mens diaboli conteratur, & sic libertatis serenitate homines perfruantur, &c. quare aptissime definitur Sacramentum regenerationis, per lauacrum aquæ in verbo vitæ. Illius materia remota, aqua vera & elementaris ad abluendum apta; proxima actualis corporis ablutio, quæ siue infusione fiat; siue asperzione; siue immersione, eaque trinâ, vel vnâ, prodest suscipienti, modò eum ablurum esse constet; siue secundum se totum; siue secundum sui partem, notabilem: hic tamen ab Ecclesiæ consuetudine, nemo debet temerè recedere. Mysterij huius illuminationis forma per expressam viuificam Trinitatis inuocationem declaratur, & ab occidentali Ecclesiâ, his verbis. Ego te baptizo, in nomine Patris, &c. & ab orientali his. Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, &c. Qui vnâ personam excluderet, nihil foret; quod si autem ab aliquo collatum esset Baptisma in nomine Christi tres personas in vnâ comprehendente, non deberet absolute damnari, sed tutius sub conditione repeti; quandònam autem instituta fuerit hæc probatica & expurgans piscina nostra, non satis constat: probabile tamen videtur eam institutam fuisse, dum Spiritus Sanctus, ad vocem Patris æterni, super Christum in Iordane Baptisma à Ioanne recipientem delapsus est.

NECESITAS Sacramenti Baptismi tanta est, vt quicumque hoc non renascitur, in morte maneat, nisi renasci voueat, aut Martyrio coronetur, & sic infusionem aquæ suppleat Sanguinis effusio; hinc est quod triplex admittatur Baptisma; fluminis, fluminis, quibus & si ratione communis nominis detur communis effectus, non ideo tamen ratio Sacramenti communis est, cum soli Baptismo fluminis competat; cui pro ordinario eius Ministro assignatur Episcopus in sua Diocesi; Sacerdos Curatus in sua Parochiâ; ex delegatione autem Diaconus etiam solemni, saltem extraordinariè; in causa autem necessitatis & extra solemnitatem, homo quilibet, cuiuscumque sit vel sexus; vel religionis, dummodò formam seruet Ecclesiæ & facere intendat, quod ipsa facit, baptizare potest: vnus etiam potest esse Minister multorum; sed non multi vnus, quia ita vnus materiam applicet, vel ita uterque materiam, & formam ministret, dependenter à se inuicem, secus si independenter operentur. Recens natis differre regenerationis beneficium, quando illud recipere possunt, ob susceptorum ac fidei iussorum absentiam, nec non præter grauem aliquam causam, impia ac crudelis negligentia est.

SACROSANCTVM Baptisma debet administrari in Ecclesiis duntaxat, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati; non in aulis, vel cameris, aut aliis priuatis domibus, nisi baptizandi, vel reges sint; vel principes; aut talis necessitas emerferit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo accessus haberi. Si parentes infideles Principibus Christianis mancipati sint, vel Christi excusserint iugum, quantumvis reclamant, eorum Filij sacro rore lustrari possunt licet: non possunt verò si parentes libertate fruuntur, nisi fortè ex alterutris consensu; vel premente mortis periculo. In paruulo, qui baptizatur, non exigitur propria dispositio; neque enim in eo; neque in parentibus requiritur fides ac intentio: secus in adulto, vt fructuose ac vtiliter salutaris Baptismi aquas suscipiat; nam consensum, cum intentione saltem virtuali, veterique vitæ detestationem cum proposito nouæ habeat necessum est; quamuis non requiratur exterior Confessio Sacramentalis; aut vlla satisfactio pro peccatis ante Baptismum commissis imponenda. Baptizandus scienter ac voluntariè fingens, baptismatis effectus experiri non desinet, si fingere desinat & conteratur: si inscius fingat, atteratur, sufficit.

SPIRITVS Sanctus formâ visibili vitam dedit hominibus, eosque suæ domus Filios Baptismate constituit, postmodum verò iisdem filiis suis robur Spiritus Sacrosancti Confirmationis Sacramento inuisibiliter concessit. Hoc Sacrum Mysterium, non ab hominibus, sed à Christo Domino immediatè fuit institutum; quare malo assilant Spiritui, qui aiant Confirmationem ritum esse otiosum, & à Scholâ Montani haustum. Secundum inter Sacramenta locum, illi non dignitas, sed nascenti Ecclesiæ vsus dedit, quod sanè diuinæ sapientiæ maximè consonum est, quæ cum indumento fidei Ecclesiam suam illustrasset, statim etiam voluit eam Vexillo Crucis muniri, videlicet, vt significaret eos qui diuino hoc signaculo sunt insigniti, nihil prorsus erubescere, inuictissimi Ducis Iesu Christi crucem sanctissimam prædicare debere, ac pro eiusdem fide strenuè dimicare, nec confusione, nec terrore, nec violentia inde desistere. Maxima & augustissima hæc consignatio, ob eius præstantiam & effectum vnguentum deificum nuncupatur: ab aliis signaculum dominicum, & plerumque vnctio à materia eius proxima, quâ nempe Episcopus baptizati frontem per modum crucis digito vngit: dicitur etiam Sacrum Vnguentum à materiâ eius remota, quæ Christus est ex oleo oliuarum quod nitorem conscientie significat & balsamo quod odorem bonæ famæ designat, confectum. Huius Chrismatis confectio, nec non benedictio ita necessariâ ad Episcopum spectat vt hoc munus simplici Sacerdoti committi nequeat.

SACRAMENTI Confirmationis forma, his verbis ritè assignatur: Signo te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, &c. immeritò tamen Græcorum forma quasi inualida rejiceretur. Hanc potro configurationem soli regenerati possunt suscipere; soli regeneratorum principes Christianæ militiæ Duces, Episcopi, conferre, etiam validè non subditis, non tamen licet: vtrum autem Sacerdote simplicem ad id conferendum delegare possit summus Pontifex, non ita constat, pars affirmans probabilior censetur. Gratiam quæ roboris dicitur ex opere operato producit, Characterem imprimi, qui uterque effectus secundum legem ordinariam supponit vtrumque Baptismatis effectum. Hic character non est sola extensio characteris baptismalis; aut partialis entitas superaddita, sed quid realiter distinctum. Infantibus olim & paruulis dabatur, conuenienter tamen ad annum vsque septimum, vel octauum differtur. Hoc Christi Mysterium negligere nunquam licet: in persecutione illud non suscipere crimen est; quemadmodum enim belligerantes sub vexillis principum militant, eorumque insignia palam gestant; sic in persecutione militare debent Christiani, sub hoc Christi Saluatoris nostri sigillo, cuius gestatores nos futuros omnes designauit Spiritus sanctificationis; Dum edificauit sibi domum.

Has Theses, Deo duce, auspice Deiparâ, & Præside S. M. N. NICOLAO PIGNAT Doctore & Exprofessore Theologo Parisino, tueri conabitur ALPHONSVS LE MOTNE
Subdiaconus Ambianensis, Baccalaureus Theologus & Socius Sorbonicus, Die 16. Aprilis, A. R. S. M. DC. LXIII. à septima ad meridiem.

IN SORBONA.
PRO MINORE ORDINARIA